castigare.

Placuit enim huius oratio non maiori parte eorumdem sed respicientes voluntatem potestatis qui certus de presentibus et preteritis super futuris dubitabat. Consenserunt cum victoria in exitum abili remanentes ad propria.

Anno millesimo ducentesimo trigesimo mense Iunii.

1232

Fuit enim senensibus hec reversio dampnosa quoniam post multas occasiones et expensas et dampna paruerunt facientes omnia et maiora que a principio litis facere denegarunt. Florentinis vero expedivit illa reversio licet quibusdam tunc temporis videretur inutilis quoniam licet tempore procedenti se fatigassent laboribus et expensis maiores tamen laudes pro reversione sunt consecuti.

Eodem anno frugibus iam missis in orreis et viis incipientibus